

Aiphanes linearis Burret nov. spec. — Palma caespitosa, caudibus pluribus, 3—6,5 m circ. altis, crassitudine brachii humani, aculeis longis, nigris, retrorsis armatis. Frondes circ. 2,60 m longae. Petioli fragmentum fere 40 cm longum visum, robustum, aculeis plerumque tenuioribus armatus, setis non visis. Rhachis aculeis minoribus, nigris et hinc inde setis nigris praedita. Segmenta rigida, longitudinaliter plicata, linearia, supra inermia, glabra, subtus praeter costam mediam fusco-furfuraceam inermis et glabra vel fere, in quoque latere 39—40, 2—4 dense aggregata, spatiis conspicuis vel longis interjectis, apicalia aliquanto latiora, plurinervia, sed in nervis secundariis, praecipue basin versus maxime reduplicata, summa in margine interiore ad 40 cm fere longa, apice crenulato- et inciso-lobulato-praemorsa, cetera plus minus oblique lobulato-praemorsa, latere superiore vix vel obscure vel breviter tantum producto, maxima visa circ. 60 cm longa, 5,5 cm lata, mediocra, ut videtur, 45 cm longa, 3,5 cm lata. „Spadix ramosus, cernuus, circ. 70 cm longus. Fructus setis flavidis praediti. Semina edulia.“

Colombia: Depart. Antioquia, Paranullo, Wald, etwa 2300 m, in Gruppen. Mehrere Stämme aus einem Wurzelstock (26. Juli 1880 — W. KALBREYER n. 1883).

Durch die linearen Fiedern sehr ausgezeichnet, erinnert dadurch an die westindischen Arten, unterscheidet sich jedoch schon durch die deutliche Anordnung der Fiedern in Gruppen.
